

ματίσεως. σχῆμα enim, vt & μορφὴ, non notant speciem noui generis, neque sunt in prædicamento substantiæ, sed pertinent ad quartam speciem Qualitatis.

A Qualitate igitur transfilire in substantiam & μετασχημά. In omnibus conuertere in μεταστάσια vel ἀναγένεσια, temeritatis non tantum, sed & falsimonii est. Vnde hæc ipsa Pauli verba satis superque origenicam opinionem refutant, & ad veriorem sententiam indagandam nos alegant. Tempus igitur est, vt nunc finem imponamus examini falsarum 4. opinionum, & ad veriora conuertamur,

CAPVT VI.

*CONCLVSIONES ET FVN-
damenta, quæ ad veriorem sententiam in-
dagandam maximè fa-
ciunt.*

VIdimus & excussumus huc usque opinioneis veteres eorum, qui non rectè de corpore spirituali senserunt: tum ut constare possit, quid non sit corpus spirituale, tum ut λύσις τὸν ἐραγόντιον solutio cōtrariorum sit nobis εὔρεια inuentio veritatis, & ut ἀποπίσθιbitatio sit εὐπορία scaturigo verioris sententiae, ut loqui solet *Aristoteles*. Quam vt facilius venari possumus, duo hīc collocabimus fundamenta seu conclusiones, quas firmis rationibus muniemus, in quibus si persistemus, apertus nobis erit ad veram sententiam adytes. Sit ergo prima